

Johann Jacob Döbel

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius, Med. Doctor,  
Professor Publicus, Poliater ... ad Exequias, Quas Marito suo, ... Domino Petro  
Gartzio, Iuris Utriusque Doctori Clarissimo, Vidua Moestissima Hodie, hora  
prima, paratas cupit, Omnia Ordinum Cives Academicos sedulo serioque  
invitat : [Publ. sub Sigillo Rectoris d. XVI. Decembris M. DC. LXXIV.]**

Rostochii: Kilius, [1674]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744772X>

Druck    Freier  Zugang



Döbelius, J. J.,  
in P. Gartz.

Rostock. 1674.

32







37.  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES JACO-**  
**BUS DÖBELIUS,**

Med. Doctor, Professor Publicus,



Priuater, & Facultatis suæ  
DECANUS,  
ad Exequias,  
Quas  
Marito suo,  
CONSULTISSIMO,  
DOMINO

**PETRO GARTZIO,**

Juris Utriusque Doctori

Clarissimo,

VIDUA MOESTISSIMA

Hodie, horâ primâ, paratas cupit,

Omnium Ordinum Cives Academicos  
sedulò serioquè invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.



Iderat ABIMELECHI exercitum, SI-CHEMI portis circa diluculum ap-propinquantem, GAAL; & allucina-tionis, à Præfecto Urbis SEBUL, insi-mulatus, umbras persuadebatur Mon-tium, haud Hominum capita vidisse.

Judic. IX.

30. Dolo compensabat SEBUL vilipen-dium: interea tamen, quām erat hoc qvidem loco do-lose; tam est ceteroquin vera locutus. Capita cre-dimus, in communi vita, nobis Hominum videri: &, si ad exactius rem examen revoces; Montes videmus: ne-que tam montes ipsos, quām montinm Umbras. Rogatu aliquando de iis CATO, qui apud Carthaginem stipen-dia faciebant, inter quos erat Scipio quoque, militum, Appiano teste, Tribunus; Homericō illo, de Tiresiā, car-mine fertur respondisse:

OīG, Scipionem innuens, μένυται ποδες οὐδαί αἰδεσσον.  
Hic solus sapit, ceteri Umbre circumvoltant.

Judicium, omnino, Catonianis salibus, Catoniana Sa-pientiā dignum: quo, vel in Africa militantes, qui à pri-sca Romana & generosa animi altitudine desciverant, ho-minum tantū simulacra impolita, infabricata, meræ nugæ, meræ esse Umbræ ferebantur, solius Scipionis Sa-pientiæ vigore relicto. Cæterum, non in Romano tan-tum exercitu; verum inter alios etiam Mortalium, nu-merosas vagari umbras, paucos sapere, ipse nobis Serva-tor satis monstrat superque, ubi duas conversationis vias docet. Quām est via spatiofa, quæ ducit ad mortem, multiq; sunt ea commeantes? & rursum: quam arcta via & angusta est, quæ ducit ad mortem, paucique sunt, qui inveniant eam? Neque enim jam in Platonica desi-dentes specu; sed in aperto pariter ac celebrato Mundi Mor-

Florus Epi-ton. XLIX.

Matt. VII.

13.

Mortisquæ calle, quod ex re quidem sua foret, homines  
negligunt, lucem ad quam creati erant, atq; in quâ ambu-  
landū erat, declinant, contra, umbris rerum delectantes,  
umbras aliorum captantes, universi pene Umbrae fiunt.  
Narcissum, tradunt Fabulæ, in aquis imaginem conspicata-  
cum propriam, ejus irretitum amore, mox, amplexandi  
studio, desiliisse, atque eo modo absumptum. At verò,  
hoc esse falsum, liquidò liquet. Verius est & gravius:  
Adolescentem in terreni corporis fluxu Umbram suam,  
corpoream puta vitam, animi, hominis veri idolum po-  
stremum inspectasse, præfocatumq; interiisse, postquam  
eam, perinde ac priorem, veram Rationalem vitam am-  
plexari arctius festinasset, eiq; totus inhæsisset. Animum  
Mentemve esse verum hominem: Corpus, imaginem Conf. ad  
aut Umbram mentis; sententia veteribus quidem con- Platon. &  
stans hærebat. Non ii summus, quos forma ista externa Plotin. Ci-  
declarat; sed Mens cujusque est, quod est quisque. Ni- cer. d. Fine.  
hilo tamen minus, quum à potiori fiat denominatio, plu- bon. V. 13.  
rimiq; Mortalium haud Mentis sequantur aut Sapientiæ 14. 21. & I.  
veræ lucem; sed corporis & stoliditatis Umbram, ac Tust. 31.  
maxime etiam illuminati, aliam apud se Legem Mentis, Somn. Scip.  
aliam Carnis sentientes, Lucis suæ faculam subinde vide- VIII.  
ant obscuratā; non dubitaverunt, Universum hominum  
genus, omnem nostram vitam, vitæque functiones, Um-  
bram vocitare Sapientiores. Ita quippe res est comparata:

Ἄνθρωπος δι πνεύμα νόη σκιὰ μόρον.

Nihil aliud, ac Umbra atq; status, est Homo.

Sophocles  
in Ajace.

Neq; insulsum fuit Florentini illius inventum, qui Scia-  
thericum suo curaverat sepulchro incidi, cum inscriptio-  
ne: ΣΙΛΜΟΣ, ut nullo quilibet negotio admonitus intel-  
ligeret, se Umbram esse. Ulterius progressus Pindarus,  
Hominem non Umbram; sed ΣΚΙΑΣ ΟΝΑΡ, UMBRAE SO-

*i. Pythiis* MNIU Mappellavit. Nihil hactenus esse Umbra vide-  
*hymn. IIX.* batur levius, inanius, vanius; sed hac ramen repperit  
quiddam inanius Poëta, SOMNIUM UMBRAE. Atq; ista qui-  
dem omnia, quām sint ad Sacrarum literarum normam,  
vel ad ungvem apposita; facilē fuerit iudicatu, inspicien-  
ti. Umbra jure suo merito dicitur Homo, collatus ad  
DEUM. Quod si enim Hic est lucis Lumen, & Lux DEI  
Umbra; quanto æquius manebit Umbra, qui tantillum

*Ps. XXXIX.* tantum in opaco suo corpore participat Lucis. Quām  
*6. CXLIV. 4.* nihil est, coram Te, O Domine! substantia nostra? Fugit  
homo, veluti Umbra; & nunquam in eodem permanet

*Job. XIV. 2.* statu. Sed & si vitam respicias hominis; Dies ejus sicut  
Umbra declinant, atq; instar Umbræ evanescit omne tem-

*Ps. CII. 12.* pus vitæ nostræ. Si Functiones trutines vitæ; Hesterni su-  
mus, & nihil scimus: quoniam velut Umbra sunt dies

*Job. II X. 9.* nostri super terram. Ut ridiculum plane sit, Hominem

*I. Paralip.* majora se querere: cum ignoret, quid conducat sibi in

*XXX. 15.* vita suâ, numero dierum peregrinationis suæ, & tempo-

*Eccles. VII. 1.* re, velut Umbra, prætereunte.

*Aeschilus* Τὸ δὲ βέτενον πτέρυξ ἐφύμεται φενεῖ,  
*ap. Stob.* Καὶ πέπον ἔδει μᾶλλον, οὐ νομίζει σκιά.  
Caduca molitur Gens Mortalia.

Neque certa res est illa, nec tutabaud magis,  
Atque Umbra fumi.

Ruminans id aliquando secum Lipsius, V. C., Epitaphio  
suo, quod Lovanii visitur, ipse inferuit:

Humana cuncta Fumus, Umbra, Vanitas,  
Et Scena imago &, verbo ut absolvam, Nihil!  
Umbram alii Lumen dicunt imminutum, ut tenebræ no-  
stræ non sint, nisi Umbra major, sic, ut colores, contraria,  
quām in minori sit Umbra, compareant. Adeò verò con-  
creata nobis Lux per lapsum est imminuta; ut, nisi gratiae  
sub-

subinde lumine reaccendatur, meram ea, inq; aeternam noctem declinantem Umbram representet. Ob lucis impedimentum, inter alia, Umbram frugibus officere, aperi-  
tissimus est Poëta testis.

Nocent & frugibus Umbra !

Quin immo expressa XII. Tabularum lege jubebantur arboreis rami circumcidendi altius, quindecim pedes, ne Umbra eorum prædio vicino noceret. At quotiens non hæc Corporis Umbra Menti luci resistit, ut agat, quæ non velit mala; quæque bona velit, haud agat? Sed subjicit sibi corpus suum Apostolus, inq; servitutem redigit, ne reprobus fiat. Subjicit verus Apostoli discipulus; οὐληεργε-  
δια, duritiem Cordis sui Spiritu circumcidendo. Haud nudum luminis impedimentum, nudamve esse qualitatem Umbram; experimentis est quam plurimorum stabilitū. Non attingam in præsens, quod Mumia Humanæ con- temperata Carlinâ, velut fermento, hominis, cuius Umbra premis, vires & naturale posse robur attrahi, narretur; aut, quod Umbra suâ, benedicente DEO, Morbos Petrus propulerit; aut quod Sacerdotum Ægyptiorum, tenuissime vicitantium corpora, nullo plane odore delibuta, sponte svaveolentiam emisisse, odoratasque transeuntium Umbras mire fragrassæ, ex Cheræmone Pierius refert; aut, quod Alexandri Macedonis corpus, suapte vi, aromatici quid redoleverit; aut Hyænæ umbrâ canes obmutescant. Sed tamen haud displicebit meminisse: pro diversitate effluviorum junctorum, salutarem aliquando, aliquando noxiæ, & Satis etiam Nutricem modo, modo Novercam existere Umbram. Ficorum levis est: ideoque inter vineas seri non vetantur. Ullorum levis, etiam nutriendis, quacunque opacat.

Virg. Ecl.  
X.76.

cōf. L. F. S. Fis  
C. de servit.  
S. aqua. An-  
gel in L. im-  
perat. ff. de  
serv. Urbana  
Rom. VII.

15.19.

i. Cor. IX. 27  
Conf. ad  
Deut. X. 16.  
Jer. IV. 4.  
Rom. II. 29.  
Col. II. II.  
Helmont. d.  
Magn Vuln.  
cur. 24.25.  
Actor. V. 15.

Hierogl. p.  
m. 4ii.  
Curt. Plut.  
Alex. Eli-  
an. I. 7. ani-  
mal. Plin.  
IX. 30.

Plin. XVII.

**L**atissima est Platano nascens, quanquam crassa. Vitis  
**Pallad. No-** mobili folio, jactatuque crebro, solem Umbrā temperat;  
**vembr. c. 7.** eodem, gravi botryn protegit in imbre. Omnia ferē  
**Theoph. III.** levis Umbra, quorum pediculi longi. Pinus omnibus,  
**15. Cauf.** quæ sub ea seruntur, prodesse creditur.  
**Virg. Ecl.**

X.75. *Juniperi gravis Umbra est;*

A Coft. A- *-- -- Solet esse gravis cantantibus Umbra!*

rom. XXI. Arboris Tamar-Indorum, haud minus, ac juglandis, sub  
eâ dormientibus, est noxia. Qui subjuglande Rusticus,  
dormiens, lumborum paralyſin contraxerat; sub um-  
brā Quercūs, post aliquid tempus, soporatus, à resolutio-  
ne liber evasit. Fagi non tantum ramus,

**Aldrov.** *Contactu solo, torpentes efficit angues;*

**Dendrol. p.** verū etiam Umbra homines quidem tutè obumbrat;

**m. 131. a.** serpentes contra quām remotissimè fugat. De Fraxino

**H. N. XVI.** expertus est Plinius, si frondis ejus gyro & ignis & serpens

**13.** claudantur; in ignem potius, quām in fraxinum fugitu-  
rum serpentem. Haud floret prius Fraxinus, quām Ser-  
pens è terrā prorepat: nec folia dimittit, quām in terram  
sese recondat. Diffluimus omnes nos, ut mollis aēr!

**Sapient. II.** Extinctus propediem Cinis erit corpus nostrum! Transtic

**3.** vita nostra velut Nubis vestigium! & sicut Nebula dissol-  
vitur, solis radiis fugata! transeunt nostræ nobiscum  
actiones velut Umbræ! atque utinam eas semper animi  
Umbras spargamus

*Quis animi integritas oditq; arcetq; malignos,*

*Et tutā infantes dat requiete frui!*

**Syr. xxxv. 8.** Utinam sint umbræ, odore refertæ svavitatis in conspectu

**U. Cor. II.** Altissimi! Utinam fragrantia vitæ ad vitam delibutæ! Sed

**15. 16.** quorsum isthæc de Umbra? quando nec natus in Umbra  
est, ut vulgo loquimur, nec educat⁹, cuius gratiā præsen-  
tia apponimus, GARTZIUS noster. Quidni enim vocitem

no-

nostrum? qui CIVIS nostræ fuit UNIVERSITATIS. Patriam habuit, illustre Emporium Hamburgense. PARENTES: JOANNEM GARTZIUM, & CÆCILIAM HASSEN, JOANNIS HASSENII, Civis & Mercatoris Hamburgensis filiam, Homines in Mercatura minimè obscuros. AVUS Paternus extitit PETRUS GARTZ, Senior, dum vivet, Rostochiensum Mercatorum. AVIA Paterna: CATHARINA RHODEN. PROAVUS paternus fuit PETRUS GARTZIUS, Præpositus Mittenvoldensis, Maræ Brandenburgicæ. Proavia: URSULA Zehenderin / JOANNIS Zehenders / Pharmacopœi quondam Berlinensis filia. His natus Parentibus, Anno M DC XII. d. XXII. Octobr. sacri Baptismatis fonte statim est renatus. Anno M DC XXXII. Academiam hanc nostram non salutavit modo; sed ita etiam frequentavit, ut, biennio elapso, præside DN. Dre. NICOLAO SCHÜTTEN, de Testamentis; Anno M DC XXXV. GRÖNINGÆ Fristorum, Præside DN. Dre. NICOLAO VANGEN, de Tutelâ, &, sub Umbo DN. D. ANTONII MATTHÆI, de pactis, disputationem publicam defensitaret. Lustratis posthac Belgii Utriusq; Provinciis; Oxonii, in Anglia, studia aliquandiu continuavit. Inde trajectus in Galliam, AURELIÆ in Germanæ Nationis Consiliarium est electus. Sed Dulce tamen erat Natale solum, dulcis GERMANIA: quâ repetitâ, in Universitate WITTEBERGENSI, An. M DC XL, Præside DN. D. JEREMIA REUSNERO, de Impensis, PRO LICENTIA disputavit. Anno M DC XXVII. Deputatus est à Civitate Hamburgensi, ob Naves ereptas, ad Magnæ Britanniæ REGEM. Anno M DC LI. Solenni Doctorum Laureâ, absens, Wittebergæ est insignitus.

Anno M DC LII. Matrimonium iniit, cum Virgine levissimâ, CATHARINA SOPHIA, JOACHIMI CRU-  
GERI,

GERI, TOPARCHÆ quondam GUSTROVIENSIS, filia,  
nunc viduâ desolatissimâ, cui tamen Solamen & Protec-  
tionem precamur ex Alto! Durante matrimonio quin-  
que suscepit liberos, JOANNEM JOACHIMUM, JO-  
ANNEM LAURENTIUM, CÆCILIAM MARGARE-  
THAM: THEODORUM DOMINICUM, & ANNAM  
SOPHIAM. Horum primus, insans jam Patrem præces-  
sit. Superstitantibus quatuor Rector & Protector maneat  
clementissimus, Orphanorū Pater! Haud stimulavit Bea-  
te functum Asini in hoc mundo Umbra: quin Umbrâ tecto  
Omnipotentis viveret, ut moritur; moreretur ut victu-  
rus, optimè eum vixisse ratus, qui optime lateret. Atq; O  
splendidum optandumq; omnibus latibulum! siquidem  
invitatem pariter ac ductorem habeat Prudentiam;  
non Simplicitatem, non Simultatem, non Morositatem!

Non hoc avare mentis inflamat furor,

Non aura populi, & vulgus infidum bonis,

Non pestilens invidia, non fragilis favor!

Nunquam se æque bonum domum esse reversum, ac egressum, de se-  
ipso saepius est Taulerus testatus: & quotus quisque nostrum, ex re-  
rem judicans, idem quotidie non experitur? Vixit itaque, quantum  
quidem novimus, quoad apud nos vixit Noster, quasi non viveret:  
ignotus penè terræ, notissimus Cœlo. Ægritudinibus interea, per  
tempus videtur affectus: donec corpore in consensum tracto. d.XXIV.  
Novembris, Horâ Octavâ matutinâ, totus confectus, animum, sacro  
munitum viatico, restitueret Cœlo. Corpus, cùm Terraë Matri ho-  
die remittendum, Umbrisque veniat aliis apponendum; Nostrum  
erit, Cives ACADEMICI, supremum Civi VALE dicere, curatissi-  
mèque humandi occasione trutinare, quam sint

HUMANA CUNCTA, FUMUS! UMBRA! VANITAS!

ET SCENÆ IMAGO! & ut verbo absolvam, NIHIL!

Publ. sub Sigillo RECTORIS d. XVI. Decembris

M. DC. LXXIV.

Conventus fiet in Æde Jacobæ, Horâ primâ  
pomeridiana.










nostrum? qui CIVIS nostræ fuit UN  
triā habuit, illustre Emporium Ham  
TES: JOANNEM GARTZIUM, &  
SEN, JOANNIS HASSENII, Civis & M  
gensis filiam, Homines in Mercatura n  
VUS Paternus extitit PETRUS GART  
veret, Rostochiensum Mercatorum.  
THARINA RHODEN, PROAVUS  
TRUS GARTZIUS, Præpositus Mitt  
cæ Brandenburgicæ. Proavia: URSUL  
ANNIS Behenders/ Pharmacopœi qu  
filia. His natus Parentibus, Anno M  
Octobr. sacri Baptismatis fonte statim e  
M DC XXXII. Academiam hanc nost  
modo; sed ita etiam frequentavit, ut, b  
side DN. Dre, NICOLAO SCHÜTTE  
Anno M DC XXXV. GRÖNINGÆ F  
DN. Dre. NICOLAO VANGEN, de T  
bone DN. D. ANTONII MATTHÆI,  
tionem publicam defensitaret. Lustra  
Utriusq; Provinciis; Oxonii, in Anglia,  
continuavit. Inde trajectus in Gallia  
Germanæ Nationis Consiliarium est el  
tamen erat Natale solum, dulcis GERM  
titâ, in Universitate WITTEBERGEN:  
Præside DN. D. JEREMIA REUSNEI  
PRO LICENTIA disputavit. Anno M  
putatus est à Civitate Hamburgensi, o  
ad Magnæ Britanniæ REGEM. Anno M  
Doctorum Laureâ, absens, Wittebergæ  
Anno MDC LII. Matrimonium iniit  
stissimâ, CATHARINA SOPHIA, JO



012

Patch Reference Number on ITU Serial No.

TE63

Image Engineering Scan Reference Chart TE63

TIS. Pa  
AREN.  
M HAS  
ambur  
uros. A  
lum vi  
na: CA  
uit PE  
s, Mar  
in/JO  
inensis  
. XXII.  
Anno  
lustravit  
o, præ  
mentis;  
ræside  
b Um  
sputa  
Belgii  
andiu  
IÆ in  
Dulce  
repe  
C XL,  
ensis,  
. De  
ptas,  
lenni  
as.  
te le  
CRU  
ERI,